



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 19. Imperator in comitiis de Magdeburgensibus, & Bremensibus
questus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI. bellumque usque ad Autumni finem pro-
A.C. 1550. tractum est.

§. XIX.

*Imperator in comitiis de Magdebur-
genfibus, & Bremenfibus
questus.*

*Sleid. l. 22.
p. 788.
Thuan. l. c.*

Interea Cæsar, cum sua edicta servari
vehementer urgeret, præcipue que-
rebatur de Magdeburgensibus, & Bre-
menfibus, qui soli adhuc obtemperare
recusabant, quamvis hi posteriores non-
dum proscripti essent. His querelis
permoti Principes Cæsarem rogabant,
ut eos tanquam hujus dissidii concilia-
tores acceptare velit: Annuente igitur
Cæsare hi ad utriusque hujus Urbis Ma-
gistratus die vigesima secunda Se-
ptembris literas perscribunt, eisque in-
jungunt, ut ad secundam Novembris
diem Augustæ coram ipsis comparerent,
aut oblatis publicæ securitatis literis
suos Legatos plena agendi facultate in-
structos mitterent.

§. XX.

*Conditiones a Cæsare Bremenfibus
præscriptæ.*

*Sleidan. &
Thu. l. c.*

Vix Nuntius, qui hanc epistolam per-
ferre jubebatur, dicefferat, cum il-
lico Principes a Cæsare sciscitarentur,
sub